



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

145. De pulchritudine loci.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

*Psalm. 125.*  
tingit bonum? Unde ego in Paradiso Dei  
mei? Tunc, tunc repletum est gaudio os nostrū,  
& lingua nostra exultatione. Sece etenim to-  
tos in Dei laudet, & gratiarum actiones  
effundent.

*Psalm. 121.*  
*Alij.*  
*Genebr.*  
*Psalm. 121.*  
*Alij.*  
*Genebr.*  
*Margin.*  
*Psalm. 33.*

*L*etatus sum in his, quo dicta sicut mihi, in  
domum Domini ibimus, &c. Ierusalem, qua  
edificatur ut civitas, cujus participatio ejus in  
idipsum. Alij. Cujus participatio est tota simus;  
hoc est, in idem velle, & sentire conpirat:  
cujus communio est arctissima, cum ci-  
vies illi inter se gaudeant circa omnia reli-  
gionis, & opinionum dissidia.

Vel tota simul quod mox interrogatus  
Beatus tota simul beatitudine perfruar-  
tur. Hic apud nos mortales, si quid habes  
boni, successivè, non totum simul habes,  
&c. Sed illic remuneratio, ac merces est  
tota simul.

Et ideo ille dulcedines, illa gaudia ve-  
ra sunt gaudia, quia non differuntur, sed  
protinus dantur, & simul concessa non  
auferuntur. *Aqua ejus fideles sunt.* Vocat  
fideles, quia non dilabuntur, nec muran-  
tur in amaras, ut mundi aquæ. Uode  
Marginalis habet: *Aqua ejus stabiles.* Quo  
senſu D. Hieron. transfert: *Petra ejus panis;*  
quod habet vulgatus: *Petra ei datus est.* Et  
vocat Petram, ad innuendam stabilita-  
tem, & copiam. O felices illi qui nunc  
esurunt, quoiam ipse tunc petræ ipsius  
panes erunt!

### De pulchritudine loci:

### PUNCTUM CXLV.

*Apoc. 22.*  
**Q**uam pulchram credimus civitatem  
Dei! D. Joannes in recensendis hu-  
ijsce civitatis fundamentis satis immo-  
ratur: & licet in his nostris terrenis fun-  
damentis nonnisi impoliti, rudesque la-  
pides seu oculis non expositi, ponantur;  
in illis tamen uniones, gemmasque pre-  
ciosissimas, topazium, smaragdum, & id-  
genus alias positas affirmat. Si margari-  
ta, sapphirus, ac adamantes conduntur  
in fundamentis, quæ non videntur.

*A* quid erunt consurgentia mœnia: quid  
palatia?  
Miraris pulchritudinem Solis, Lunæ,  
ac stellarum? Hæc velim cogites veluti  
domus Dei lapides abditos in funda-  
mentis. Lunam, & Stellas, qua rufundasti. *Psalm. 8.*  
O Israhel, quam magna est domus Dei, & in Baruch. 3.  
gens locus possessionis ejus!

Hinc David, post descriptionem civitatem  
Dei: *Ponite, inquit, corda vestra in virtute* *Psalm. 47.*  
*B* ejus, hoc est, ejus potentiam perpendite,  
qui eam construxit. Hebr. *Ponite corda*  
*vestra ad exercitum ejus;* vel Chald. *Adœ-*  
*C* tum, quam multos milites habeat, id est, An-  
gelos, penè innumeros. *Et distribuite domos*  
*ejus,* ex Hebr. *Et admiramini dies ejus,* vel Hebr.  
*exaltate palatium ejus.*

Si David constructurus templum pa-  
ravit in opus thelaurum: *Auri talenta cen-*  
*tum millia, & argenti mille millia, & quasi*  
*bæc nulla essent.* dixit: *Ecce ego in paupertate*  
*mea preparavi impensas domus Domini:*  
*Qualisne erit civitatis illius pretiositas,*  
ac præstantia, quam is construxit, qui  
quondam ait: *Meum est aurum, & argen-*  
*tum.* Et erat structura muri ejus ex lapide ja-  
spide, ipsa vero civitas aurum minuatum. *Po-*  
*nite, ponite, corda vestra in virtute ejus.* *Alij.*  
*Ad dextram ejus.*

*D* O pulcherrimam Dei civitatem, si quis-  
quilius, sic dixerim, ejusque purgamenta,  
quasi extra mœnia projecta, tam prelio-  
sa sunt hæc, quæ nimis videntur, quid  
erunt retenta, si projecta tanto in prelio-  
sum habita? Si fordes è domo aliqua foras  
projici videres, quas tamen non fordes,  
sed gemmas, sed aurum reverè esse intel-  
ligeres, annon admirans diceres: En-  
quam pretiosos in domo illa thesauros  
latere credendum est?

*Quam dilecta tabernacula tua, Domine* *Psalm. 83.*  
*virtutum concupiscit, & deficit anima in a-*  
*tria Domini. Beati, qui habitant in domo tua,*  
*Domine, in facula scularum laudabunt te.*  
*Elegi abjectus esse in domo Dei mei,* vel ad li-  
*mén Dei mei, hoc est, minimus in regno Hebr.*  
*calorum, magis quam habituare in taberna-*  
*cula peccatorum.* Et alibi: *Vt videam volu-*  
*ptatem Domini. Alij: Amoenitatem. Alij: Pul-* *Psalm. 26.*  
*Alij: chrititudinem Domini.*

Quam.

Quim volens aliquando describere A gelos beatificas, ut ejus semper visa gloria patientur, & semper ejus dulcedinem, quasi novam, insatiabiliter esuriant?

Sic Gregor. Quid est, quod Moles facie ad faciem cum Domino loquitur, & tamen Dominum obsecrat, ut faciem suam Dominus ostendat, nisi quia Deum videns, Deum semper videre desiderat?

Domine, offende nobis Patrem, & sufficit Ioan. 14.

nobis. Cui Dominus: Tanto tempore vobis-  
cum sum, & non cognovitis me. Miratus hic  
August. Quonodo nunc dicit: Non co- D. August.  
gnovistis me, cum profecto & quod iter, trael. 69. in  
& viam sciret? Non ob aliud, nisi quod Ioan.  
ipsum utique scirent. Sciebant, sed magis  
scire cupiebant. Amodi vidi sis enim, & co-  
gnoscetis eum. Ecce scire convicti sunt,  
quod se nescire nesciebant.

Qui edunt mo, adhuc esurient. Edent, in- Eccl. 24.

qui August. satiata fame, hoc est, uruisque, satietatis nimis, famisque bono:  
fames enim duo haber, unum molestum,  
jucundum alterum: molestum est, ali-  
menti carentia; jucundum, quod excitat  
appetitum. Satietas item duo habet: ju-  
cundum, quod est respectio naturae, mole-  
stum, quod fastidium, & nausea in partit.  
Beati ergo quoque bono sine molestio fe-  
liciter perficiuntur: famem habent, sed  
fine cibis carentia: satietatem, sed fine nau-  
sea; nam cum æterna esurie suavissime  
semper reficiuntur. Conceptus est D. D. Gregor.  
Gregorij in Moralibus. 18. Mor. 21.

Beati Angeli ab omni poena anxietatis  
longe sunt, quia nusquam simul poena, &  
beatitudo convenient. Ne sit ergo in de-  
siderio anxietas, desiderantes satiantur:  
ne autem sit in satietate fastidium, satiari  
desiderant. Sic quoque nos erimus, quan-  
do ad ipsum fontem vita venerimus, erit  
nobis delectabiliter impressa sitis simul,  
atque satietas, sed longe absentia siti nec-  
cessitas, longe a satietate fastidium, quia &  
sintientes satiabimur, & satiati sitiemus.

Hinc ante thronum erat mare, & Se- Apoc. 4.  
raphim stabant, & volabant: quia nimis  
rum in eo Divinitatis Oceanus, & Seraphim  
stant, & tamen per incomprehensi-  
bilitatis altitudinem volant.

Extant civitates quædam tanto mo-  
nium ambitu, ut in eis peregrinari quis  
possit

Ezech. 1.  
Pradius &  
Villalpan,  
ibid.

Tob. 13.

Quoniam volens aliquando describere Propheta, à quadam curru gloriæ voluit incipere. Nunc à rotis currum, si tamen licet, intelligite. Et aspectus, inquit, rotarum, & opus earum quasi visio maris, Hebr. Quasi species Tharsis. Hieron. Quasi species chrysolithi. Symm. Quasi species hyacinthi. Erant itaque rotæ sic dicam, tot pulcherrimæ turchesæ, que sunt coloris marini. Quis ergo rotius currus splendor, si tam pretiosæ erant rotæ? Tobias: Beatus ero, si fuerint reliqua somnis mei ad videntum claritatem Ierusalem. Porta Ierusalem ex japphirio, & smaragdo adspicuntur, & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum regis. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ ejus sternuntur. & per vias ejus alleluia cantabitur. Benedictus Dominus, qui exaltavit eam, ut sit regnum ejus in secula seculorum super eam. Amen.

### De objecto beatifico.

### PUNCTUM CXLVI.

Ioan. 37.  
Exod. 33.  
Psal. 26.  
Aug. lib. 1. de  
Trinit. c. pen-  
ult.  
Psal. 51.  
D. Hier.

D. Aug. ibid.

Deus visus  
videndi sui  
desiderium  
gignit.  
1. Petr. 1.  
Gloss.

Hæc est vita æterna, ut cognoscant te so-  
lum Deum, &c. Hinc Moyses: Ostende  
mihi faciem tuam: nam visio est tota merces. August. Tota merces est in videndo,  
quod amas, & in amando, quod vides.  
Adimplebitis me letitia cum vultu tuo, dele-  
ctationes in dexteratua n[on]que in sinu. Hieron.  
Ostendes mihi plenitudinem letiarum  
ante vultum tuum, deores in dextera tua  
æternos. Hinc iterum David: Vnam petij a  
Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo  
Domini omnibus diebus vita mea, ut ui-  
deam voluntatem Domini, et ut legit Aug.  
Ut contemplari delectationem Domini. Quid?  
Semper in ista contemplatione? Semper.

Deus, ac Dominus noster, Fratres,  
tam in hac, quam in altera vita talem se  
præbet cognoscendum, ut qui cum co-  
gnoscat, simul etiam cum desideret. In  
quem desiderant Angeli propicere. Ubi  
Gloss. Cupercent desiderant, cujus fa-  
ciem nunquam cernere cessant, nisi quia  
contemplatio divinæ præsentiaz ita An-